



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt. XXX. Decima quarta morborum caussa, patientiæ occasio, quæ miro Leonardi Leßij exemplo illustratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

dalena, affuit Ioannes Apostolus Christo in cruce patienti, sed hi amici eius non consolati sunt eum, potius dolores eius tristitia sua auferunt. Me tamen, quicunque inuisant, conantur consolari. Et pro quo ego patior? pro me ipso, pro meis meritis & peccatis. At Christus non pro suis, sed pro meis delictis passus est, ut mihi olim aliquid passuro robur viresque mereretur. Ita non suos tunc tantum dolores, sed etiam meos sensit. O amor, quid superest, nisi ut ego iam in hoc morbo constitutus, te CRUCIFIXVM aspiciam, & tuos vicissim dolores persentiscam, & meis coniungam, meosque in gratiarum actionem, tuis superaddam. atque ita tecum in gloriam meam & tuam intrem? Hæc talia ægrotus potest considerare in aspectu CRUCIFIXI, & credibile est, ut dixi, Lessium cogitasse, quando in cubiculi sui pariete, hanc epigraphen fixerat: AMOR MEVS CRUCIFIXVS EST. Sed vtile fuerit, ad patientiam descendam, audire, quæ in vita eius habentur. Est enim patientiæ exercenda occasio decima quarta cauſſa morborum humanorum.

C A P V T X X X .

Decima quarta morborum cauſſa, patientiæ occasio, quæ miro Leonardi Lessij exemplo illustratur.

DE morbis maximè videmus homines ex impatientia queri: vel, si in verba blasphemie palam erumpere nō audent, saltem bullit animus eorum in tacitas querelarum cogitationes: quasi Deus sit immitior, dum varijs corpus astuare doloribus permittit, quos arcere potuisset. Atqui quām multi sunt, qui vinolentia alijsque intemperantijs vel validas vires præcipitant, & corpus alioqui sanum ægrotare cogunt? Quām multi, quibus morbus est via ad virtutem, ad coronam, ad DEVUM? Numquam Leprosus ad Christum venisset, si ad eum non venisset Matth. 8 2. Lepra: numquam Dominum adorasset, nisi eum scabies cruciasset. Nimirum nemo pluris estimat Medicum, quām qui sentit se indigere medicina. Exemplum recens narro, è vita Leonardi Lessij, ut me, meosque fratres domestica virtute erudiam. Hæc

Qq. 2

enim

I.

enim ibi lego de viro, cuius pia eruditio in toto Christiano orbe est notissima; cuius opera æquè legunt & laudant hæretici atq; Catholici; quem suspiciunt Iurisconsulti; admirantur Theologi; omnes docti non immerito commendant. Quidquid enim scripsit, vel pium est, vel doctum; vel pium & doctum simul. Sed de doctrina constat omnibus: par est, vt etiam virtus eius inaestimata. Quæ tametsi in multis rebus claruit, nusquam tamen illustrius eluxit, quam in morbis. De eo igitur Thomas Courtois haec commemorat.

II.

Plenis, ut ita dicam, velis, per scientiarum oceanum jucunde In vita P. Le- secureq; Leßius nauigabat: cùm ecce publica patria tempestas, quam onardi Lessij, perduelles heretici Duaci concitabant, cursum abrupit. Triennium edita Bruxel- lis opera exactum hic erat; & urbe à rebellibus exigitur Anno 1578. & ehen! Thomæ Co- nocte ab exitu, secunda, eas miseriæ incurrit, quibus reliquo vita tem- urtois Anno M DC. XL. c 3. poro, continuum martyrium duxit. Dum per vicina loca cum socio, latebras quarit, parvo infirmitus viatico in hospitium denenit, ubi in §. 11. Scriptor. Soc. lecto contagiosa peste (maleficium aliquod fuisse vehemens suspicio est) Philipp Ale- infecto decubuit. Malum iam eum inuaserat, cùm medio noctis, ma- gambe in Bi- dore ac fastore expergefactus, reliquā noctem, extra lectum vigil pere- bliotheca git. Vix octo elapsi erant dies, cùm per totum corpus grassata peste, se se manifestauit: caput & reliqua membra panè in duplū intumue- rant, omnia tenebat scabies; à malo infectus etiam superatusq; socius, eo anno interiit. Leßius sobrietate, jejunio, varijsq; medicamentis, lñ illam deuicit. Annum integrum totis noctibus in uno modum sudore diffusus, ut omnia quotidie linteal ad ignem ficeanda essent; quod pra modestia a nemine, quam à seipso, fieri patiebatur: calidum laterem pedibus sub vesperum adhibebat, qui sudorem illum cieret. Post multa tempora, balneatiomibus & herbarum affrictu, pestilentem illum ha- morem, qui toti corpori infederat, in tibias derinavit, à quo tamen complures sanguineæ maculae, palmaris ferè magnitudinis catero cor- pore diffuserse, perennia tanti mali monumenta, remanserunt. Tibia lue ista infecta, incredibili impetu ac pruritu quadraginta quing annos, die nocte q; eum excruciarunt. Visu est al. quando stylo ferre crura usq; ad fluxum sanguinis vulnerare, ut molestissimam corro- nem auerteret: quæ quantopere sanierit, facile is intelliges. qui vel unde apicule aculeo compunctus, pra doloris impatiens, vice conquiscit.

Vtragi

Virag, tibia noxio isto humore, instar sanguinis rubebat; ac interstibatur; quotidie nona enascente scabie; qua in furfures pelli adherentes decoquebatur. Hinc calor ingens existebat, à quo acerbissimus pruritus incendebatur, qui non prius sedari poterat, quām furfures isti detererentur; quia tantā copiā à tibijs absistebant, ut si omnes in unum collecti essent, benē magno vase non concluderentur. Varia medicorum ingenia acriter & decertārunt & desudārunt, ut malo huic remedium apponenterent. Alij ea prescribebant, quibus lues Venerea abigitur: sed ea castissimus Lessius constanter semper recusauit. Alij cauterium inuisiere, quod igne malo brachium affecit: & sanè resecari coēgisset, nisi artis sua peritissimus chirurgus, extinto incendio, carni vigorem restituisset. Alij tamen iterum cauterium aperiūre; quod propter humores salbos ac biliosos, vix ad tertium diem perferri potuit. Nihil planè erat, quod malo isti medicinam adferre, aut posset tibijs expellere; è quibus, velut ex arce aliqua, seu receptatrice solunca, uniuerso corpori bellum inferebatur. Frustra sectiones, malagmatæ, emplastræ, unguenta, herba, lotiones, affrictus. Per aëris intemperiens & qualitatum antiperistasis, siebat frequenter, ut aculei, quasi spinea sagitta minimè tolerabiles essent. Quadraginta ferè annos in tortura illa exegerat, cùm sub Natale Christi Anno 1616. malo suo nimium quantum ferocienti propemodum succumbens, ad diuinam opem, quia humana omnia deficiebant, confugit; cùm è calo (ut ipse aiebat) mens illi inicitur, ut è canina pelle tibialia induceret, quibus illo ipso anno, cùm in itinere Romano alteram tibiam everso curru, fregisset (ut infra) Romani Medici eum uti praeceperant: fieri enim posse, secum reputabat, ut canina pello frigus, tibiarum calorem temperaret. Et emirandum natura portentum! vix pelles illa pedibus inhalserant, cùm calor imminuitur, & pruritus mitigatur, ac deinceps hac medendi ratione, malum illud tolerari potuit, quamvis non sanari. Vnde jucundè Lessius, & in diuinam prouidentiam Religiosè, dicere solebat, profuisse sibi, tibiam frangere; Deumq; ex paruo malo, bonum magnū eduxisse: tibiarum enim pruritum usq; adeò magnum malum fuisse, ut minus detrimenti ab veroq; pede constacto, quam à pruritu illo accipere se posse existimaret. Ita diuinæ prouidentiæ judicia, etiam in contracto pede, agnouit Lessius, atque in ipso malo suo bonum inuenit.

IV.

cap. 18.
§. 104.

Sed & in altero illo maiore malo, maximorum bonorum, sibi offerri vidit occasionem, & luculento patientiae exemplo docuit, quid nos, aut in grauibus, aut in diuturnis morbis cogitare, dicere, ac facere debeamus. Hæc enim in eadem Lessij via legimus, digna, quæ huc exscribantur, quia digna, ut & imitatione exprimantur ab ijs, qui minùs innocentes ægrotant, Leonardus Lessius, jam inde ab adolescentia, id unum diurnis nocturnisq; precibus à DEO flagitauit, ut eiusmodi sibi vita cursum concederet, quo diuina Maiestati placere, & anima sua salutem operari posset. Corpus suum & animum DEO in holocaustum sistebat. Petebat nihil, excipiebat nihil: pro sanctissima sua voluntate id de se ageret, quod libet. Copiosè tanto desiderio visus est annuisse Deum; & (sicut de fortissima tolerantia patriarchis Iobo & Tobiae factum legimus) experimentum voluisse sumere, num tam generosa liberalisq; voluntas, perpetuò sibi ipsa constaret. Siquidem totos quadraginta quinque continuos annos, nempe à tertio & vigesimo atatis, usque ad sexagesimum nonum, quo diem ultimum clausit, unus ex altero semper illi dolor fuit; immò etiam deterior priore posterior. Us videlicet extensa Patientia viteq; consensa simul cum atate cresceret, & ex amissi dinia na voluntatis Lessium adequaret.

V.

Principium morborum Duacense dedit exilium; ut quod DEI Religioni q; causâ malum obnenerat, Deum martyrio annumeraret, & Lessiu ambiosè toleraret. Haretici in DEV M & Philippum Regem rebellis. Duaco Lessium cum ceteris Religiosis proscripterant. Ipse in obscurum diversoriolum retrusus contagiosam isthac luem (de qua pluribus cap. 3. agitatum est) induit; qua, non ante quam vita exutus est. Quippe totum ealues corpus persuasit, & primum quidem eo furore, ut & caput, & cetera membra in duplum tumere fecerit. Et quamvis Lessius sobriâ vita ratione, & medicorum industria, malum illud domuerit: euincere tamen non potuit, nè sparsim maculosâ scabie parte quasdam, veluti arcus retineret, è quibus perpetuum valitudini bellum lacefferet. Hinc molestissima illa impetigo, qua varia membra, peñime verò utramq; tibiam aëdido pruritus, seu edaci mortis corosit. Hinc stomachi languor, frigus, pituita, intestinorum tormenta, ventorum ex ore flatus, prædura alium, colica aculeus, hepatitis vicinarumq; partium affectio. Adhac hernia utrimq;, hinc pugni,

inde

inde pile magnitudine extuberans. Ab his omnibus, quotidiana erant
& domestica prælia. Externum aliquid acoerendum erat, quo Iesu
frangi posse videbatur.

Cum ad septimam Generalem Congregationem proficieretur,
non longè à Lucerna (urbs est in Germania Italiaq; confinibus) ipso
exaltata Crucis festo die, ut videlicet crucem haberet, qua aliquando
ad calos exaltaretur, everso quo vehebatur currus, tibia ei fracta
est: sicut tamen illi animus. Agnouit à DEO vulnus illud esse: latus
gratiusque exceptit, & quidem ea animi in divino beneplacito quiete; ut
nec preces ad Deiparam Lauretanam ex itinere pro sanitate funden-
dus putarit.

Quis leserat, sanauit DEVS; non ut deinceps abstinaret, sed ut
iterum fortiori manu, non nihil respirantem, vulneraret. Proximo
ante mortem quadriennio, à Latensi presule Antonio de VVinghe
magna sanctimonie viro, consilij causa Bruxellam Iesu euocatur.
Et ecce itinere medio, duo calculi, uno gallinaceo pares (ut post mor-
tem compertum est) nullo umquam antea indicio cogniti, quasi calo-
lapsi, vesicam cruentant & exulcerant. Crudeliorum numquam ipse
hostem sensit. Mala praterita huic composita, lusus erant. Et tamen
eadem illa mala, quasi in auxiliares vires euocata, ut grauius nocerent,
simil cum utreque lapide, eodem tempore plerumq; sauebant: adeo ut
Iesu & ab kernia, & a coliea, & ab hepate, & a stomacho, & à ti-
biarum pruritu, & ab aliis obstructione, & à duabus illis lapidibus fe-
recuter pugnantibus, crudelissimum bellum simul sustineret; & subin-
de pie quiritans exclamaret: Omnia excelsa tua & fluctus tuus super
me transierunt Domine. Tanta erat mali illius acerbitas, ut quamvis
mortem, tardam etiam aduersiōnem, pre ea Iesu eligeret. Neque
diu neque noctes, à doloribus vacabat, incommodè & iacebat, & se-
debat, & stabat. Pes uerq; sub planta (cum nempe frequenti pulsa-
tione utriusq; calculi per os vesica perrumpere molientis impetum su-
bineret) ita conterebatur, ut Iesu vix deinceps, nisi duplicatis soccis,
& sic agre adhuc confisteret. Ita nullibi requies, nusquam pax: ubiq;
bellum. Totum postremum quadriennium in perpetua ista carnificina
transactum est.

Apud Medicos, ipsa etiam experientia in confessu est, dolores mu-
scularum nervorumq; esse acutissimos. Et verò omnis binorum lapi-
dum

dum ferocia in Lessy musculos nervosq; debacchata est. Orificium vesica usq; adeò presserant, ut exulcerationem facerent, qua incredibilis toties lanienam efficiebant, quoties urinam mirè acrem, ardente inflammaramq; calculorum motu reddere cogerebant. Die una & nocte, si tricies dumtaxat torqueretur; indicias habebat. Solenne illa erat sexages cruciari: ultimo vita tempore non minus centies; semper ex doloris intemperantiâ, ut non maiorem persentisceret, si violenter anima à corpore eijceretur. Sanè nisi dolor interualla habuisset, dicebat Lessius, jam pridem primis calculi assultibus diuortium anime fuisse. Moriebatur itaque quotidie, & renascebatur; tricies alias, alias sexages, nonnumquam centies. Si numerum ad horas subduxeris, nunc quot horis, alias quot dimidiatis, sapè singulis hora quadruplicibus, morientem nasecentemq; Lessium inuenies. Id nempe divina agerat prouidentia, ut millies vitam suam Lessius quodammodo profundaret, quam inter Ethnicos, Turcas & hereticos, millies & millies, pro DEI sui gloria prodigere exceptabat.

IX.

Quid hoc mali esset, nec ipse, nec Medici assequebantur. Alij à calculo; ab humoribus vesica impalatis alijs ducebant. Frustra balneationes, emplastra, Syrinx, asinum & caprinum lac prescribebantur. In eam tandem mentem Lessius venerat, ut securi vellat: & jam asensum maiores dederant; ac è Galia Chirurgus designabatur, qui occultum illud malum secando manifestaret. Etsi enim quid rei esset, aperte non constaret; putabat tamen licere crudelissimum illum vitâ sua inuasorem, & domesticum tyrannum, vita propria iactura perjungi: neque vitam ipsam tanti a mortalibus fieri debere, ut eam tanto incommodo, conseruare teneantur. Sed amicorum precibus cessit, qui ad DEI gloriam & Societatis bonum fore depradicabant, si vel in extremis illis malis sensinecem vitam traheret. Itaq; pro incredibili sua, quâmente pruditus erat, fereitudine, vastissimam dolorum voraginem constantissime absorbere constituit. Et verò eo animi robore eam exhaustit, ut in constantia exemplum jure merito proponi posse videatur. Quis adeò fortis animo, ijsq; corporis viribus, qui non solùm ad ingentem istum tormentorum sensum non satiscat, sed vel ipsa commemoratione non exhorrebit! ipso Lessius ad quevis mala inconcupisca ingenuè fatebatur vires sui corporis minores esse, quâno ut ferocios entem illum aduersariis exciperent; animum tamen ad ferocierato besse

hostes, si Deus adsit semper constare, exclamabatq; frequenter: *Quis ego sum, quem DEVS ad patientem sibi elegerit!* & alias: *Miror non raro ad tantum certamen à Deo, me tam imbecillum athletam designatum esse.* Herculem aliquem electum oportebat. Sed benedictus Dominus in aeternum.

Quare ut erat de se ipso submissè sentiens, subsidiariæ quotidie è calo vires flagitabat. Omnes è amicorum preces vertebat, ut fortem & constantem patientiam impetrareret: Sanctorum lipsana cùm veneraretur, id non agebat, ut sanitatem miraculo, quo indignum se putabat, sed ut animi robur reportaret. Româ delatum erat crystallo inclusum Ioannis Berchmannior (is est è Societate IESV adolescens Belga, Dies themio oriundus, qui magnâ sanctimonie famâ è viuis Roma excesit, atatis sue Anno vigesimo secundo, Incarnati Christi vigesimo primo super millesimum sexcentesimum) Lessio illud exhibitum est, quo sancti adolescentis intercessione, ab atrocissimis doloribus liberaretur, quibus plus decem dies adeò affligebatur, ut nec quartam hora partem quiesceret; rogare se quidem Sanctos dicebat, quia id DEO gratum: putare tamen conclusum esse in eterno tribunali, ut ipse in hac vita pateretur. Vnde se corpus suum divina Majestati in Sacrificium offerre, & rogare, ut, si extremitati dolores non sufficerent, alios adderet, modo patientiam & animi latitudinem simul donaret. Numquam determinatè absoluteq; postulanit à malis suis liberari: postulauit tamen condicionatè, in hac verba, qua sua manu charta commisit. Beatissima Virgo, si dolores istos abstuleret, voleo omnibus Profectis tuis jejuniis in pane & aqua: Rosarium in Profecto & ipso die: horas B. V. omnibus Sabbatis (nisi Superior, vel justa causa obliteret) Festo Purificationis, Annuntiationis, Præsentationis, Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis. Non cupio autem, nisi sit ad maiorem DEI gloriam, & meam salutem. Tenebor simul atq; aliquo modo constituerit. Si error vel obliaxio interuenerit, licebit proximo Sabbato instaurare. Quo è promisso non solum colligere est mali acerbitatem, sed & clare videre animum ex equo ad diuinam voluntatem compositum; ut etiam ex epistola ad amicum; Paulum nunc respiro, nescio quam diu durabit. Totum permitto diuino arbitrio, & in eo libens acquiesco. Tantum precor, ut mihi det fortem & constantem patientiam: quam suis precibus & sacrificiis mihi impetrare dignetur.

Rr

Eximia

XI.

Excessus Christianaeq; fortitudinis est, infra dicto animo aduersa tolerare. At supra hominem, in ijs placide conquiescere; de illis ipso gaudere; gratias pro iisdem referre. Siquidem necesse est diuini ignis fornaci incinctum pectus illud esse, quod tanto robore, tantaq; amicitia, natura sua inimicum complectitur. In malis suis conquiescebat Lessius diuinorum rerum consideratione. 1. Quod non minori, quam fidei supernaturalis certitudine firmissime teneret, dolores ihsos, non à casu & fortuna; sed à DEO parente suo amantissimo infligi; qui de sua creatura quemadmodum de luto sigillus potest disponere; cui minimè dicendum sit cur ita facis? Difficilius ea passim tolerantur, que innocens perferre cogeris; facilius verò que in vindictam magni alii cuius sceleris infliguntur. Equeum enim est, pacato animo sustinere per eadem te puniri, per qua peccasti. Stomachum potu opplesi, cruditates & convulsiones rectè pateris. In Venerem prof. sius fuisse in ipso libidinis organo jure bono castigaris. Patiebatur in ea corporis parte Lessius, in qua numquam se peccasse aiebat. Sustinebat tamen equissimum tandem ab optimo Domino & parente DEO in salutem suam immisso dolores; cui nec partem qua latet, nec modum quo ad calum ducat, prescribere debeamus.

XII.

Alterare res erat que in doloribus quietem ipsi procreabat, quod aeternum gloria pondus in celis producerent. Vnde in epistola ad R.P. Antonium Sucquetium Provincia Prepositum, cuius ea verba sunt ultima: En R.P. exposui morbum, prout potui, quia R.V. id à me petiit. Accipio totum de manu DEI, qui memor erit in die visitationis, huic affectiuncula. Penetrarāt nempe sublēmis ille animus paulo altius, quam vulgo mortales solemus, in aeterna gaudia. Perspiciebat, quam temporanea, vel potius momentanea humana calamitates essent; que hesterne cum fuissent, hodie non laderent; & que hodierna, lucis posterā non nocerent: manerent tamen in divina acceptatione; neque eorum meritum cum ipso doloris momento periret, sed permanessemus, semper, numquamque effluxuram beatitudinem fœneratitio sanè lucro produceret.

XIII.

Iam verò non conquiesce in malis suis Lessium, sed in illis quoque exultasse, demonstrandum est. Vbi tam insitata, & ferè incolerabilis calamitate undiq; se septum ac oppressum sensit, neq; effugit locum ullum circumspectando deprehendit; hoc unum quam studiofissimè peregit,

git, ne qua similes miserias comitari solet tristitia vel minima in se resideret. Quam tamen natura nostra proclive sit in magnis erumnis contristari, satis in iusti Salvatoris nostri exemplo didicimus, qui vel ipso dirissimā Passionis memoriam, ad mortem usque animam suam contristari pronuntiavit. Frequens in ore Lessio erat: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? tristabatur, non quod doloribus torqueatur; sed quod eos absq; doloris significatione nequirit perferre.* Is erat animus ad dolores bilari pectore vultuq; perpetiendos, ut se (quod tam in malorum sensu natura cogit) ingemiscere, corpus contorquere, vultum contrahere, quasi nimis molle id esset, castigaret. Et fuit cūno ob impatientiam, ut aiebat, suam, & clamores subinde editos, à Superiori sibi paenam imponi flagitauit; cūm tamen generosus eius animus omnibus esset admirationis; nec alia ferè voces, quam assidua in DEV M aspirationes & jaculatoria audirentur, quibus à DEO vel opem postularet, vel maiora supplicia peteret, vel animi latitudinem prouocaret, vel deniq; DEO gratias referret. Sanctissimi nominis invocatione, aiebat, se facilius acerbissimos dolores, quasi melle temperatos tolerare: unde creberrima ha illi voces: *I E S V dulcis memoria, dans vera cordi gaudia.* Bone IESV adjunna me. Et sanè ea inde illi dulcedo affluere videbatur, ut plures longioresq; dolores, quasi plura longioraq; mentis sua gaudia, hisce suspirijs, amplius laua me: amplius, amplius, laua me IESV, deposceret. Tantam animi voluptatem, & rerum diuinarum cognitionem, cūm primis calculi doloribus tentaretur, adeptum se esse ingenuè confirmauit, ut sepe vellet tantas animi delicias magnis doloribus emere. Emit profectò; crescentibus quippe doloribus, ex aquo delicia illi creuerunt, ut quinio intelligat, DEV M celestibus voluptatibus in mente restaurare, quod tolerati fortiter dolores in corpore comminunt. Morosum illud, quod in sensibus morbiq; est, ab eo longè exulabat. Semper comus, alacer, serenus, affabilis. Incundè dicebat, *Iam inde à quadraginta annis incommodum anima sua lectum obuenisse; in quo numquam molliter quieuisse.*

Restat, ut id demum adferamus quod in summo perfecta patientia gradu Lessium collocanit. Ingens erga se diuinis amoris beneficium ingeminabat, malo illo torqueri: eo penitus se indignum; neque gratijs agendis respondere umquam posse. Intelligebat videlicet, à DEO se sligi, ut per patientiam, que secura ad calos via est, certam suam vo-

Rr 2 cation-

XIV.

cationem faceret: & quasi in fæcundissimo campo constitui, ex quo amplissimam meritorum messem, in calos transferret. In his è visceribus

Psal. 101.

& producta voce, ut facile grati amoris verba agnosceres, laudes hæc pronuntiabant: Benedic anima mea Dominum, & omnia, que intra

Psal. 38.

me sunt, nomini sancto eius. Benedicat Dominum in omnitem tempore, semper laus eius in ore meo. Misericordias Domini in eternum can-

Psal. 88.

tabo. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad præ-

Psal. 143.

lrium, & digitos meos ad bellum.

XV.

Cum aliquando amicorum aliqui ad Læsium, colica, hernia, impetigine, stomachi fastidio, calculo simul sauentibus propè exhaustum & lecto affixum: Pater: quid si Deus ad hos dolores Reuerentiam vestram mille annos damnaret, quam triste id foret, quam in expellitione molestum! reposuit: Agerem gratias, & pro patientia postularem: donec res hac finem caperet. Quam letus nuntius damnatis foret, si post centum annorum millia liberarentur! Post qua verba iorū in lachrymas abiit.

XVI.

Aliquando alias cum ei sanitas voneretur, subintulit numquam absolute determinataq; a DEO eam se postulasse, immo numquam condicionata tam sanitatem; sed solam dolorum mitigationem petuisse; ne ipsis penitus carerer, qui tolerari posse videbantur. Multis tamen lachrymis, & votis absolute & sine condicione Patientiam cum animi latitia conjunctam postulasse: quam utramq; virtutem ut peteret, dicebat se scire DEO gratum esse Patientiam quidem, ut pote Christianis omnibus, quo Christo suo assimilentur, necessariam: Animi vero latitudinem tamquam perfectorum hominum, quibus annumerari ambaret, virtutem: quam DEO in malis gratias agat; & de illis non aliter, quam de DEI donis gaudeat: Preses istas sibi a DEO concessas aiebat, Patientie & latitiae dono: pro quarum studiosa conservazione, & ad DEVÆ gratitudine, mulcere accurateq; meditabatur.

XVII.

Admirandam illam malorum tolerantiam in eo pronocabat Christi passi inauditum exemplum; cuius dolores in se transferre & exprimere conabatur. Christo igitur passo in carne, & ipse eadēm cogitatione armatus, frequens Christi crucifixi imaginem amplectebatur, osculum figebat, lachrymas suas sacratissimo eius sanguini propinabat. In cubiculi sui pariete hanc Epigraphen fixerat; AMOR MEVS CRUCIFIXVS EST. Qui ne aliquando vel a corde, vel ab oculis recederet

Crucis;

Crucifixi effigies, que in studiorum mensa consistebat, sedentem; qua parieti affixa, ambulantem; qua in oratorio, supplicantem; duplex, qua in lecto, ad pedes altera, alterae lectice tholo jacenti imminens, ne ipsa quies à Cruce vacaret decumbentem commonefaciebat. Ita omni loco, quoniam tempore, Christo suo commoriebatur.

XVIII.
Ut plura de robustissima eius patientia non proferam, illud tamen
preterire non possum, quod numeris omnibus eam legem compleuerit,
quam S. P. Iguatius egris suis prescripsit: Qui agrotat, humilitatem
& patientiam suam praeferendo, non minorem edificationem dum
morbo laborat. ipsi, qui ipsum inuisent, & cum eo versabuntur & a-
gent, quam dum valebat corpore, ad maiorem DEI gloriam prestare
curet, verbis pisi, & ad edificationem facientibus, utendo, qua ostendan-
tis agritudinem acceptari, ut donum de manu Creatoris ac Domini
nostris; quandoquidem non minus donum est, quam sanitas. Et saepe
etiam maius, quia per morbos offertur occasio gratiae diuinæ
augendæ, itemque patientiæ exercendæ ac docendæ, nouorumq;
meritorum & graduum gloriæ adipiscendorum; nec non obedi-
entia medicis præstandæ; itemque voluntatis suæ cum diuina
confirmandæ, & actuum heroicorum amoris DEI eliciendorum.
Quæ quia non ignorauit Lessius, tot miserias, & dolores, tam
quam donum de manu Creatoris ac Domini nostri acceptauit, qui
similis cum donis suis accedens facit, ut, sicut dona crescunt,
ita quoque crescat unio ipsa cum Deo. Sic ergo unitus Lessius,
idem voluit, idem noluit, quod Deus; maior patientiæ, quam
scientiæ effectus, ut in æternum cum patientibus dicere posset:
Latati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus Psal. 89. 45
& experti sumus mala; recepimus enim mala in vita nostra,
cum Lazaro, ut in æterna vita vera æternaque bona recipiamus.

CAPVT XXXI.

Patientia eorum, qui morbos, tamquam diuinum beneficium, amauerunt, & desiderauerunt.

Nemo alterum magis amat, quam qui eius causa nihil non aduersi sustinere cupit. Ardorem hunc suum expressit Petrus, cum dicere: *Domine tecum paratus sum* Luc. 22. 23. I.
R. 3. G. in